

mero facto consistit, & hic desideratur. Ius quidem facere potest, ut quis sit hæres; non autem, ut institutus sit quoniam hoc facti est. At quæ facti sunt, in alium, siue is dominus sit, siue pater, siue alius quispiam, transire nec solent, nec possunt. I. qui hæredi. 44. in princip. ff. de condit. & demonstrat. Quare talem voluntatem, quæ facti est, nec in monasterium transire posse certum est: maxime cum hæreditas non monasterio, sed ipsi monacho sit delata. d. l. Deo nobis. 56. §. 1. C. de episc. & cler. Eaque de re videatur Claud. Chiflet. in tract. de success. cap. 9. Ant. Faber de erroribus pragm. decad. 26. error.

Substitutio. Item, an monasterium, vel etiam solus Abbas possit adire: de quibus omnibus suis locis tractauimus. Scias ergo, quod in hoc articulo magna fuit controuersia inter Canonist. & Legistas: nam communiter Canonist. tenent, quod ipso iure, & absque aliquo facto ipsius monachi, hæres immediate deferatur monasterio, ut dicit Corn. consil. 272. in littera C. libro 3. subdens, quod hæc opinio debet præualere in foro Canonico. Hanc etiam dicit esse communem opi. Canon. Soc. consil. 183. circa princ. li. 2. & consil. 245. nu. 3. eo. vol. Curt. iun. consil. 48. num. 2. Rip. in l. 1. nu. 203. ff. de vulgar. Paris. in d. c. in presentia, nu. 203. de probat.

Ex alia parte communiter Legistæ tenent, quod imò prius hæreditas deferatur monacho, & deinde ex persona monachi acquiratur monasterio, ut dicit Bertrand. consil. 73. num. 3. lib. 3. 2. par. Et hanc esse commun. opin. Legistarum attestatur Socin. in d. consil. 183. circa princ. & consil. 52. num. 10. libro 4. Rip. in d. l. 1. numero 105. Gulielm. de Bened. in 2. parte repet. cap. Reynutus, fol. 25. numero 81. Purpurat. in l. fin. numero 191. C. de patris. Hæc est ardua questio, & satis periculosa, propter infinita argumenta, quæ hinc inde adducuntur per Doctores. Propterea in tanto conflictu opinionum credo, quod Index non erraret, sequendo in foro Cæsaris opinionem Legistarum, & in foro Canonico opinionem Canonistarum.

7. Polit. de vulg. substit. num. 54. Sfort. Oddus in prælud. substit. par. 2. q. 4. nu. 5. Ant. Peregr. de fideicom. art. 28. numer. 16. Goucan. ad tit. ff. de vulgar. & pupill. substit. num. 21. cum seqq. & Thad. Piffo libro 1. variat. resolut. cap. 11. nu. 24. & sequenti vbi plures allegatibus. Harprec. b. Possit adire. Item quid si monachus non vult adire hæreditatem, Abbas an possit & vtrumque commune dixi in collect. mea commun. opin. in verb. Monachus, nu. 6. & 7. Giach.

Q V A E S T I O XXXI.

S V M M A R I A

Ex Claro.

- 1 Filius naturalis an possit capere ex testamento.
2 Et an spurius.
3 Et an relictum factum spurio applicetur fisco.
4 Et quid si relictum sit ab extraneo.
5 Et quid si relictum sit a patre extraneo heredi, qui deinde spurium instituat, an presumatur factum in fraudem.
6 Et quidem in spurio legitimo.
7 Et quid si instituat spurium sub conditione, si legitimum.

Ex Additionibus.

- *1 Filius naturalis an excludat substitutum.
1 An & quatenus filius naturalis a patre hæres institui possit.
2 An item spurius ex damnato coitu natus.
3 Cur filius vulgo quasi institui nequeat.
4 Qui proprie liberi naturales tantum, item spurij siue vulgo quasi, & ex damnato coitu procreati dicantur, remissive.
*4 Nati ex coniugio prohibito an censeantur legitimi, si coniuges impedimentum ignorauerint.
5 Vtrum tertius aliquis hæres patris possit filium spurium testatoris instituire.
*5 Spurium an pater teneatur alimentare.
6 An filius spurius legitimatus a patre hæres institui queat.
7 Eoquid statuto induci possit, ut filius spurius instituat.

A D D I T I O N E S.

Filius naturalis. Obiter quero, an filius naturalis excludat substitutum? quod sic, commune dixi in collect. mea commun. opin. in verb. Filius, num. 58. & num. 59. vbi et si non succedat, tamen conditionem fideicommissi facit deficere, & ibi etiã posui regulam cum octo fallen. remissive. Giach.

Q V A E S T. XXXI.

Quæro, nunquid filius naturalis, vel spurius, habeat testamenti factionem, intellige de passiva, an scilicet possit capere ex testamento? Nam de actiua nulli dubium est, quod potest condere testamentum: & pro resolutione, omittendo quid esset institutum de iure digestorum, habemus tex. expressum in authent. lib. legitimis vero liberis deficientibus, possit filiū naturalem vniuersalē hæredem instituire, etiam si habeat ascendentes; dummodo tamen legitimam partē eis relinquat. Authent. licet patri. C. eo. Huiusque authent. dispositionem procedere etiam de iure canonico, & hodie in usu ac practica obseruari, vltra Clarum hoc loco testantur Hostiensis, & communiter omnes in cap. lator presentium 5. & c. tanta 6. extr. qui filij sint legitimi. Parisius consil. 14. num. 15. lib. 2. & alij, quos referendo sequitur

Michael Graff. lib. 1. recept. sent. §. institutio. q. 7. n. 2. Harprec. c. Sed quid dicendū est de filio spurio. Expediunt est ei, quod si ex damnato coitu natus est, nihil ex testamento relinqui possit. d. Authent. licet in fin. C. de naturalibus liber. Secus est in alio spurio, non ex damnato complexu, sed ex soluta & soluto, etiam non concubinaris, procreato: dummodo pater certus sit. Talem enim, ad instar filij naturalis, secundū voluntatem patris succedere posse, tenent Cacher. decif. Pedemon. 85. num. 1. Rolandus a Valle consil. 85. nu. 1. vol. 3. Alcanius Clement. in tract. de patr. potest. ca. 6. effect. 16. nu. 33. & Franciscus Burfat. consil. 83. num. 1. lib. 1. Si vero filius fuerit vulgo quasi, ut quia mater erat publica meretrix, & omnibus se prostituebat, & propterea filius ex ista natus certū patrē offendere non potest, ei succedere minime ualet, ne quid ex testamento. Bald. in l. quisquis 5. C. ad l. Iul. maieft. Ioseph. Ludou. decif. caus. Perus. decif. 18. nu. 20. Cuius hæc assignatur ratio: quia quemadmodū pater per fatuitatē errat recipiendo talē spurium pro filio: ita etiam errat eum instituendo in ultima uoluntate. Vnde causa illa falsa respiciens consanguinitatem, & affinitatē uincit omnino dispositionem testatoris: quia si alias hoc certo sciisset.

LIBER III. S. TESTAMENTVM. Quæst. XXXI.

scitisset pater, nihil ei reliquisset. Graff. d. §. instit. q. 7. nu. 10. in fine. Porro qui propriè dicantur liberi naturales tantum, itē spurij, siue vulgo quasi, & ex damnato coitu nati; an item, & quatenus suis parentibus succedant, dilucide exposui ad principium tit. Instit. de hæred. quæ ab intestat. defer. nu. 211. cum seqq. num. 285. cum seqq. & nu. 294. cum aliquot sequentibus. Harprec. d. Ex damnato coitu. Hic cadit pulcherrima dubitatio, nunquid si nati ex coniugio prohibito censeantur legitimi, si ambo coniuges ignorauerint impedimentum matrimonij? quod sic receptum esse at testatur Rol. consil. 93. nu. 18. li. 3. vbi etiam tales excludunt substitutum vocatum per verba simplicia. Et quod plus est, tales filij nati ex matrimonio putatio succedunt etiam in feudo: verum ut efficiantur legitimi, & patri succedere possint, requiritur, ut matrimonium haud sit clandestinum, sed celebratum in faciem Ecclesiæ, præmissis publicis denunciationibus in Ecclesia, & seruiata forma cap. cum in inhibitorio. de clandest. despon. commune, per Rol. vbi supra nu. 26. Et est hodie in nouatum per S. C. Tridenti. Sessio. 24. sub decreto de reforma. matrimonij, cap. 1. Giach. d. De iure civili. Imò de iure civilis haud sunt alendi a patre, §. vltra. in Authen. quibus mod. nat. effi. sui: nec nominandi pro filijs, quia reputantur infames infamia facti. Verum de iure canonico, naturali pietate inspecta, tenetur pater spurium alimentare: & illa aequitas attenditur etiam in foro seculari, vide per Ramin. iun. consil. 380. à nu. 8. vltq. ad num. 20. & per totum. Giach. f. Sed pone, quod pater habens filium spurium, instituat aliquem extraneum, & c. Si alius tertius hæres patris, filium spurium testatoris instituat: hanc institutionem (cum ex ea frans præsumi non debeat) valere, præter Bartolum, & Alexandrum hic allegatis, tenent quoque nato a coitu? Respond. quod huic filio non potest pater in testamento aliquid relinquere, ut est text. in d. Authent. licet in fin. Nisi forte occasione alimentorum. Tenetur enim pater huismodi filios alere etiam de iure civili, ut dixi in dict. §. filius. Sed quid si pater habens filium spurium, illum in testamento hæredem instituat, vel aliquid relinquat. Resp. quod talis institutio, & relictum nihil ualet, & pro non scripta habetur: illud autem, quod relictum erat spurio, non applicatur fisco; neque fiscus illud auferat ab ipso spurio, tanquam ab indigno sed deferunt venientibus ab intestato, vel hæredibus institutis, si qui extant. Ita dicit Bart. in l. fin. nu. 8. ff. de his quibus ut indignis, & in l. hæreditas, nu. 1. C. de his quibus, ut indignis, & est communis opinio & conclusio Doctor. vbi que, ut attestatur Alex. consil. 74. nu. 6. lib. 5. & in l. si is qui post nu. 3. ff. de vulg. Quam tamen intellige, ut procedat, quādo eis palam relictum est, secus autem si hæres, vel aliquis alius patri testandi fidem accomodauit: nam eo casu fiscus ab eo auferret tanquam ab indigno, ut dixi infra, lib. 5. §. si. q. 79. vers. Quando hæres. Ratio autem differentiæ est quia, quando relinquit filio spurio, relictum habetur penitus pro non scripto, ex quo ipse spurius est prorsus incapax: & sic fiscus non habet a quo auferat: sed quando relinquit alteri, qui fidem accomodauit illud dandi filio spurio, ille quidem est capax, sed quia fidem in fraudem accomodauit, fiscus ab eo illud auferat, tanquam ab indigno. Regulariter quidem tam spurius, quam ipsius spurij pater, habent testamenti factionem, præter quam inter ipsos; nam pater spurij potest cuiquam in testamento relinquere, præter quam ipsi filio spurio, & de conuerso filius spurius potest a quo cumque, excepto patre, sibi in testamento relictum capere. Poterit igitur ab extraneis spurio relinqui, vel etiam inter viuos dari quocumque titulo: ut dicit glo. in Authent. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

thent. quibus mod. natu. effi. sui. §. vltima siquidem, in verbo, Participium, quam sequuntur communiter Doctores, ut dicit Ioan. Garo. in l. 1. in textual. n. 37. in f. C. de secund. nupt. Sed pone, quod pater habens filium spurium, instituat aliquem extraneum hæredem, qui deinde moriens ipsum spurium hæredem in bonis sibi ab eius patre relictis instituat, nūquid presumentur hæc facta in fraudem, ita ut fiscus ipsa bona ab eis auferre possit? Resp. quod non. Ita dicit Bart. in d. l. si is qui nu. 3. quem sequuntur communiter DD. ut dicit Alexand. in ead. l. si is qui. num. 6. Quod intellige, ut procedat, nisi aliqua alia coniectura fraudis concurrerent, puta quia ille institutus dum viueret, semper permisisset istum filium spurium huiusmodi bona possidere, vel similes. Scias tamen, quod hæc omnia intelligenda sunt, ut procedant in filio spurio non legitimo. Nam si esset legitimatus, vique posset etiam a patre hæres institui, & ei quocumque titulo relinqui. Quinimò si esset a patre in testamento præteritus, illud rumpere ad instar legitimi, ut dixi infra q. 84. Et hoc quidem de plano procedit, quando est legitimatus, tempore quo a patre hæres instituitur. Sed quid si legitimus post conditum testamentum, nunquid institutio reconualecet? Resp. Aut fuit legitimatus viuo ipso patre testatore, & tunc legitimatio retro trahitur ad tempus testamenti, & consequenter institutio conualidatur. Aut vero fuit legitimatus post mortem patris, & tunc legitimatio non retrotrahitur, & sic institutio non reconualecit. Ita communiter tenetur, ut dicit Alex. in l. Gallus, §. instituens post n. 2. vers. Si autem filius. Et hanc dicit esse commun. opi. Goza. consil. 21. post n. 35. vers. Ad quintū. Bene verū est, quod si pater ipse iussisset filium legitimari, credere idē dicendū, quod si ipso patre viuente legitimatus fuisset, ad quod faciūt ea, quæ dixi sup. li. 2. §. filius. Sed quero, nunquid possit pater filium spurium instituire sub conditione, si legitimum? Resp. quod sic: & talis institutio valebit. Ita tenent commun. DD. ut dicit Cag. in l. quando. post n. 3. ff. de reg. iur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Bauer. Instit. de hæred. instit. §. hæres, numer. 6. & seq.

Petrus à Duen. in tract. de public. concubin. pag. 314. num. 14. huiusque cum alijs referens Graffus d. §. institutio. q. 7. num. 13. Harprec. Nam si esset legitimatus. Quid si institutio esset facta de filio minus legitime legitimo, an valeat? quod non: dixi in colle. mea commun. opin. in verb. legitimatio num. 1. vide ibid. Giach. Nam si esset legitimatus. Scio, & memoria teneto, legitimo maiorem portionem relinqui non posse, quam vni legitimo minore portionē habenti, Dec. consil. 393. n. 2. Verum si minus solemniter legitimatus instituitur, non tenet institutio, Cast. in l. eam quam, per illum text. C. de fideic. Paris. consil. 10. num. 22. vol. 2. & consil. 21. n. 227. eod. Dec. consil. 276. vers. non obstat, & consil. 230. 288. 454. la. consil. 227. vol. 4. Goucan. Nam si esset legitimatus, utique posset etiam a patre hæres institui. Ad de i. dem sentientes Bartolum in leg. ex facto. 47. ff. de vulg. & pupill. substit. Patitium consil. 10. nu. 74. lib. 2. consil. 7. n. 1. & consil. 8. num. 7. lib. 7. eosque laudantem Graffum d. q. 7. n. 5. Verum de legitimandi modis, & legitimatorum successione accuratius discussuri ad §. aliquando. 13. Instit. de nupt. & ad dict. princ. tit. Instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt, n. 210. & multis sub seqq. Harprec. Si legitimabitur. Idem de institutione facta sub conditione cum capax fuerit: quæ similiter redditur valida commune dixi in dict. collect. mea commun. opin. vbi supra. Item quod institutio conditionalis haud transmittitur ad hæredes, moriente instituto ante impletam conditionem: commune etiam dixi sub numero 1. Giach. Quæ. Sed quero, nunquid possit pater filium spurium instituire sub conditione, si legitimum? Resp. quod sic: & talis institutio valebit. Ita tenent commun. DD. ut dicit Cag. in l. quando. post n. 3. ff. de reg. iur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Bauer. Instit. de hæred. instit. §. hæres, numer. 6. & seq.

i Quero an valeat statutum, &c.] Communis conclusio est, quod statutum induci haud possit, ut filius spurius instituat, vel alias capax sit paterna donat. onis: cum praebat occasionem fornicandi, &

Ias in d.l. Gallus, §. Instituens, nume. 5. & consil. 117. colum. penul. lib. 1. quem refert Ioan. Dilect. de art. test. lib. 1. caut. ult. nu. 15. Dec. cons. 176. post nu. 5. versic. Et sic ratio. Curt.

ium. consil. 84. nu. 3. & ita quotidie seruat. i Præterea quero, an valeat statutum disponens, quod pater possit instituere filium spurium: dixi supra lib. 1.

delinquendi: ut post Decium, Ioann. Dilectum, Fernand. Loazes, Boerium, Didacum Couar. Valqu. Petrum à Duen. & alios à se memoratos, asserit Michael Grassius d. §. institutio, q. 7. n. 11. Harpre.

QVÆSTIO XXXII.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Pater an possit instituere nepotem legitimum, & naturalem natum ex filio spurio.
2 Et quid si illum instituat contemplatione filij.

3 Et quid si habeat sobolem legitimam.

Ex Additionibus.

- 1 Num auus possit instituere nepotem legitimum, & naturalem licet ipse natus fuerit ex filio spurio.
2 Quid in nepote naturali ex filio spurio: quid item in nepote ex filio incestuoso.
3 Filio spurio hærede instituto, cui hæreditas applicetur.

ADDITIONES.

a Nunquid possit nepotem.] Item quod institutio facta de nepotibus ex filio spurio, casu, quo filius legitimus hæres primo loco institutus sit incapax, valeat: commune dixi in d. coll. mea comm. opin. in verb. institutio. n. 6. Giach. Nunquid possit.] Hæc quæst. & distinctionem de nepote legitimo ex filio spurio exaudias, fecus ex filio incestuoso, quam a nullo ex parentibus nullo casu potest institui. Alex. Iaf. & Claud. Lancel. in l. Gallus, §. quid si is, ff. de lib. & posthum. Corn. consil. 25. volum. 1. Marf. sing. 143. Corset. sing. 135 Goncan.

Nunquid possit nepotem legitimum, & naturalem natum ex ipso filio spurio sibi hæredem instituere.] Quod si auus possit instituere nepotem legitimum, & naturalem, licet is natus fuerit ex filio spurio, deficiente prole legitima ipsius aui, ultra hic relatos tenent Ioann. Dilectus in tract. de arte testand. tit. 1. caut. 14. num. 12. Nicolaus Boerius decisio. 127. 16. Bermond. de publ. cubin. pag. 346. num. 65. & seqq. Petrus à Duen. in tract. regular. reg. 366. lim. 1. Anton. Gabriel. libr. 4. commun. opin. tit. de hæredit. inst. conclus. 3. Ioseph. Ludovic. in decisio. casular. Perusinar. decis. 18. n. 23. & seq. Andr. Gail. pra.

QVÆSTIO XXXIII.

Item est, quod pater non potest filium spurium hæredem instituere. Quæro, num. quid possit nepotem legitimum, & naturalem natum ex ipso filio spurio sibi hæredem instituere? Resp. quod sic: & est communis conclusio, ut dicit Corn. cons. 1. col. 16. in littera F. lib. 3. Berous q. 127. circa princ. Cessat enim in eo macula natalium, & licet radix sit infecta, debet potius attendi causa immediata, quam mediata. Scias tamen in primis, quod hæc conclusio non ita absolute procedit, ut scilicet liceat aui indistincte huiusmodi nepotem ex filio spurio instituere: sed distinguendi sunt tres casus, scilicet dum Bar. in d.l. Gallus, §. quod si is. Aut enim certum est, quod auus instituit istum nepotem contemplatione filij sui spurij, ut scilicet filius ipse sciat aliquod commodum ex tali institutione, puta usufructus, vel huiusmodi: & talis institutio corrumpit & in hoc nemo dubitat. Aut vero certum est, quod illum instituit non contemplatione filij spurij: puta, quia ipse filius iam sit præmortuus, vel quia auus expresse cauerit in testamento, ut nihil ex ipsa institutione filio spurio acquiratur, neque etiam quo ad usufructum: & eo casu valet institutio. Aut sumus in dubio, quia scilicet non apparet, an contemplatione filij sue

rit institutus, vel non: & tunc pariter valet institutio. Et ista est communis conclusio, ut attestatur Ias in d. §. quod si is, nu. 21. & seq. In dubio enim semper fauendum est testamento: & sumenda est etiam præsumptio, propter quam delictum excludatur. Item scias, quod hæc conclusio, quod auus possit nepotem legitimum ex filio spurio hæredem instituere, de plano procedit, quando ipse auus aliam sobolem legitimam non habet. Et ita esse communem opin. attestatur Alex. in d. §. quod si is, n. 7. Corn. cons. 25. col. 2. lib. 1. Dec. cons. 462. n. 17. & seq. Sed quid si extet aui soboles legitima? Resp. quod extante sobole legitima, non potest auus plus relinquere tali nepoti legitimo nato ex filio spurio, quam potuisset relinquere ipsi filio spurio eius patri. Ita tenuit gl. fi. in l. fin. C. de nat. liber. arg. illius legis, quæ in nepotibus ex filijs naturalibus ita distinguit. Et hanc opin. dicit esse communem Alex. cons. 74. post. nu. 5. lib. 5. Ias in l. hæreditas n. 8. C. de his quibus ut indig. Bertran. cons. 177. nu. 1. lib. 3. in 2. part. Apost. ad Alex. in d. cons. 74. sub nu. 1. Licet super hoc articulo Doctores varia scripserint hæc tamen opinio tanquam verior, & æquior tenenda esset in practica. Semper enim fauere debemus legitime soboli potius, quam illegitimæ, ut homines ab illicito concubitu, quantum fieri potest, retrahatur.

QVÆSTIO XXXIII. S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Prodigus an possit testari.
2 Vasallus an possit de feudo testari.
Ex Additionibus.
1 Quatenus prodigus testari possit.
2 Num prodigo ipso iure, an de creto iudicis bonorum administratione interdicitur.
Quid lege fieri dicatur.

ADDITIONES.

Nunquid prodigus possit testari.] Testamentum prodigi, quod fecit antequam ipsi interdictio bonorum fieret, ratum esse, apparet ex §. Item prodigus 2. Institut. quibus non est permissum fac. testamen. & l. is, cui. 18. ff. qui testa. fac. poss. ibique Barthol. Paul. Angel. Paul. de Castro, Iason, & alij communiter. Fernand. Valq. controuerfiarum illustr. cap. 37. num. 9. Michael Grassius lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 22. Francisc. de Caldas ad l. si curatorem. verb. cum non absimilis, C. de in integr. restit. min. num. 4. Nicolaus Reufner. in tractatu de iure testamentor. par. 2. cap. 11. nu. 7. & seqq. Harpre.

Antequam sit illi interdicta per Iudicem administratio bonorum.] Prodigus non ipso iure, sed decreto Iudicis, siue Magistratus bonorum administratione interdicti, ultra Iulium Clarum, & Giacharium hic, tenent Bartolus, Iason, Alexander, Castrenf. Duaren. Cuiac in l. is, cui 6. ff. de verborum obligat. Baptista à Villalob. in communibus opinio. verb. prodigus, nu. 32. Viglius ad dictum §. item prodigus, num. 3. Institut. quibus non est permissum fac. testament. Viuius libro 1. opin. conclus. 247. & opinio. 240. hosque referens Gæddæus in commentar. de contrahen. & committ. stipulat. capit. 7. conclusione decima, num. 141. cum sequentib. Quibus adijcendi sunt Ioan. Bolcholt. in commentar. de verborum oblig. cap. 3. num. 56. & seqq. Petrus Heigius num. 2. Forsterus iunior in tract. de pact. cap. 5. pag. 130. Henon disput. 3. controuerf. 14. Vvegnerus disput. 3. th. 6. lit. A. Matthias Stephani, cent. 1. quæst. 90. & Robertus disput. 5. ad Institut. th. 6. Verum contraria sententia, quod prodigo ipso iure, absque magistratus decreto bonis interdicitur, si modo notorie, & manifeste prodigus fuerit, licet non receptor, attamen verior putatur. Etenim prodigo dicitur bonis lege interdici, l. 1. ff. de curatoribus furioso, &c. d. l. is, cui lege, 18. ff. qui testa. fac. poss. & l. mutum, 5. §. 1. ff. de acquir. vel omitten. hæred. Atqui si id demum lege fieri dicitur, quod sola sit lege, nullo hominis facto interueniente, argum. l. legitimos, 5. in princip. ff. de legitimis tutoribus, l. vltim. §. si ante testamentum. 6. C. de curatore furioso, vel prodigi, §. 1. Institut. de hæredit. quæ ab intestat. defer. & l. capitis, 11. ff. de suis, & de curatoribus furioso, & alijs, &c. & in dict. §. furioso, 3. Institut. de curatoribus diserte traditur; prætozem, vel præsidem, hodie prodigo curatorem dare: quod nihil aliud esse videtur, quam hodie prætores, vel præfides prodigo bonis interdiceret. Aliud namque est, bonis alicui interdiceret: & aliud, curatorem dare. Prodigus interdicitur bonis ipso iure, videlicet le. Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

- 4 Explicatio l. 1. ff. de curatoribus furioso, & alijs, &c.
5 Furioso quatenus bonis interdicitur, & curator detur.
6 Prodigus furioso æquiparatur.
7 Notorium, & decretum pari passu procedunt.
8 Intellectus l. Iulianus. 10. & l. si furioso, 16. §. 1. ff. de curatoribus furioso, &c. & similibus.
9 Sententia l. bis, qui 12. §. 2. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his, &c.
10 Explanatio, & mens cap. veritatis, 8. de dolo, & contumacia.
11 Interdictionis bonorum formula quæ: & quem prodigum concernat.
12 Referuntur auctores, qui concludunt, notorie prodigum ipso iure bonorum administratione privari.

ge XII. Tabularum: at prodigo datur curator à prætoze. Vnde Vlpianus in dicta l. 1. ait: Sed solent hodie prætores, vel præfides curatorem ei dare: non verò dicit, quoniam interdiceret. Ceterum plerique censent, hæc non esse separata, sed inseparabiliter connexa: eo quod ille, qui dicit in curatione aliquem esse, simul hoc dicere creditur, bonorum suorum administrationem ei ademptam esse. Verum licet illis hoc concedatur: non tamen statim obtinebunt, antea bonorum administrationem illi non esse ademptam, quam in curationem incidat. Vallet sanè consequentia: in curatione est ergo bonorum administratio ipsi adempta est. Non item valet consequentia: in curatione est: ergo bonorum administratio ipsi antea adempta non est. Idque patet exemplo furiosi: cui, quam primum furor diuexari ceperit, quamuis ipso iure bonis interdicitur, ut probant verba legis XII. Tab. à Cicerone libro secundo, de inuent. & libro quarto Tusculanarum quæstionum recitata: Si furiosus est, agnatorum, gentiliumque in eo, peculiaque eius potestas esto. Nihilominus tamen ei curator à prætoze, vel præfide datur. dict. §. furioso, 3. Institut. de curatoribus. & d. l. 1. ibi exempli furiosi, ff. de curatoribus furioso, & alijs, &c. Atqui si prodigum furioso æquiparari, & similem esse constat ex l. Fulcinus 7. §. Idemque, & in prodigo, ff. quibus ex causis in possess. eatur, l. 1. C. de curatore furioso, vel prodigi, l. bis, qui 12. in fine, ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his, &c. Hoc facit præterea, quod ubi aliquid est manifestum, & notorium, perinde statuendum sit, ac si de eo sententia esset lata, aut decretum interuenisset. Notorium siquidem, & decretum, siue sententia pari passu procedunt: adeoque in notorio, vltiore magistratus decreto, vel auctoritate opus non est, argum. l. quid tamen. 21. §. si arbiter, ff. de recept. arbitri. l. cui prætor. 12. ff. de iudic. l. 1. §. 1. ff. ad S. C. Turpilia. l. ex empto. 11. §. emptorem. 12. ibi, quia manifestum fuit, ff. de actionib. empt. Iosephus Mascardus de probationibus, conclusione 1107. volumine secundo.

Huic non aduerfatur, quod in l. Iulianus 10. in princ. & l. si furioso, 16. §. 1. ff. de curatoribus furioso, & alijs extra minores dandis, dicitur, per prætozem bonis prodigo interdici, & quod in d. l. is, cui, 18. qui testa. fac. possint, proponitur de prodigi testamento, quod interdictione sit prius. siue vetustius, & quod in l. & mulieri, 15. ff. de curatoribus furioso, & alijs, &c. de muliere luxuriosè viuente notatur, ei ex decreto bonis interdici posse, & quod in l. patri. 27. circa principium, ff. de minoribus. scribitur, tum demum agnatos, & affines adolescentis luxuriosè viuentis nomine postulantes in integrum restitutionem, audientes esse, si eius vitæ sit adolescentis, ut ei merito bonis interdici debeat. & quod denique in l. certi condicatio. 9. §. fed & si 7. ff. de rebus creditis prodigi, siue interdictione sit mentio. Etenim id omne de prodigo, qui non est notorie prodigus, siue de cuius prodigalitate omnibus non constat, accipiendū est. Huic enim licet reuera bonis sit interdictionem à lege, ex eo statim tempore, quo bona sua dilapidare, ac dissipare cepit; Quia tamen de interdictione isthac non omnibus perinde liquet: propterea quod nec omnib. facultates eius satis sunt cognite; nec circa præ-